



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis  
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev  
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

**Marca, Pierre de**

**Parisiis, 1669**

VI. Deteguntur initia episcopatus ejus auctoritate inscriptionis  
Narbonensis, quæ explicatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15617**

ronorum Episcopus civitatis sue Ecclesiam ab incendio dissolutam disruptamque, reedificata in altiori ampliorique fastigio, septimodecimo ordinationis sue anno dedicavit; ut ipsemet restatur in lib. x. hist. Francor. cap. xxxii. Anno C D L I I. Leo Papa ad Rusticum scriptit celebrem illam epistolam, quae in omnium manibus versatur, missam per Hermetem Archidiaconum, cuius mentio extat in sequenti inscriptione, quique dein Narbonensis Episcopus fuit post Rusticum.

V' I. Supereft ut fidem nostram liberemus, & ut ostendamus initia sedis Rustici incidere in annum quadragegesimum trigesimum. Hujus rei illustre testimonium extat in veteri Inscriptione Narbonensi, quam, licet ab aliis edita jam fuisset, nos tamen ex ipso lapide antiquo dedimus emendatiorem in Notis ad Salvianum, & nunc heic rufum edendum esse censimus. Res enim tanti momenti est ut vel alieno loco illustrari debeat; cum ejus ope, quod est rarissimum in ea antiquitate, nullo negotio demonstretur, non solùm annus, sed etiam dies, quo Rusticus ordinatus est Episcopus Narbonensis. Eam itaque Inscriptionem heic tibi proponimus, lector; nostramque interpretationem ea de causa addimus, quod nondum à quoquam intellecta sit hæc Inscriptio.

#### Explicatio Inscriptionis.

*Deo & Christo miserante, limen hoc conlocatum est anno quarto Consule Valentiniano Augusto sextum, III. Kal. Decembri, XVIII. anno episcopatus Rustici.*

*Rusticus Episcopus, Episcopi Bonosi filius, Episcopi Aratoris de sorore nepus, Episcopi Veneri sicut in monasterio, Compresbyter Ecclesie Massiliensis, anno XV. episcopatus sui, die anni quinta, III. Idus Octobris, cum Virgo Presbitero, Hermete Diacono, & corum sequentibus, cœpit deponere parietem Ecclesie dudum exusta. Trigesima septima die quad. in fundamento ponit cœpit. Anno secundo, VII. Idus Octobris, ab eisdem poni fecit Montanus Subdiaconus. Marcellus Galliarum Prefectus, Dei cultor, prece exegit Episcopum hoc onus suscipere, impendia necessaria repromittens, que per biennium administrationis sue præbuit artificibus, mercedem solidorum sexcentorum, ad operas & cetera solidos mille quingentos.*

*Hinc oblationes sancti Episcopi Veneri solidos C ..... Episcopi Dynami L ..... Ores  
CC ..... Agraci mille ..... & Deconia .. .... saluti .....*

DO. ET. XPO. MISERANTE. LIM. HOC. C. E. T. E. ANNO. III. OS. VALENTINIANO. AVG. VI. MCL. B. XVIII. ANNO. EPTVS. RUSTI. ....	+	COP. DEPON. PARLET. ECC. DV. EXVSTAE	BIENN. ADMINIST.	EPI. VENERI. SOL. G...
RVSTICVS. EPI. EPI. BONOSI FILIVS		XXXVII. D. QVAD. INFVNDA. TONI. COPI.	SVAE PREB.	EPI. DYNAMI. L...
EPI. A RATOR I. S. DE. SORORE NEPVIS		ANNO. II. VII. ID. OCTB ABSID. P. MONTANVS. SVBD.	MERCED.	CC. ....
EPI. VENERISOC. IN MONASTERIO		MARCELLVS. GALL. PREF. UL. CULTOR. PRECE	ADOPER. ECETER. SOL. T.	AGROECI.
CONPR. ECCLE. MASSILIENS.		EXGIT. EPM. HOC. ONS. SVSCIP. IN PENDIA	HINC. OBLAT. SCI	ET DECIONE....
ANNO. XV. EPTVS. SVL. D. ANN. V. III. ID. OCTB		NECESSAR. RETROMITTENS. QVAE PER	SALVTI. ....	SALVTI. ....
CV. VRSO. PRBO. HERMETTE. DIACO. ET EOR. SEQ. TIB				T. ....